



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

XV. Ecquæ sit Consecrationis Forma, quisque Minister?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

tum est signum visibile rei inuisibilis; quod est huius operatuum proprie. At *Ratio Sacrificij, pignoris, & alimenti*, magis conuenit Rei Contentæ; quam Speciebus, vt continent. Nam quod offertur Deo, est Christus; non species proprie. Ita pignus, alimento in re consistunt, non in speciebus proprie.

2. *Sacramentum verò latè est cuiusque rei sacræ signum*; Vt est Eucharistia: 2. Strictius, est signum rei sanctificantis animam; Vt Sumptio Eucharistia: 3. Propriè, est Signum Significans, & Efficiens sanctitatem animæ: Vt Eucharistia; non autem Sumptio. Aqua Calicem mixta, neutri absolute necessaria est per se, nec Sacrificio, nec Sacramento: Negligentia tamen non vacaret culpâ: non hæresi, contemptus. Vide Lutheri-cal. p. 3. q. 57.

Vnde S. Cypr. l. 2. epist. 3. In Calice offerendo Dominica Traditio seruetur: ne que aliud fias à nobis, quam quod pro nobis prior fecit; ut Calix mixtus vino offeratur. S. Aug. cum Conc. Carth. III. c. 24. Nil amplius offeratur, quam Dominus Tradidit, id est, panis & vinum aquam mixtum.

### QUÆSTIO XV.

*Ecque sit Consecrationis Eucharistica FORMA: Minister quis?*

I. HÆRESIARCH. GRACCI Recentiores contendunt, non solis verbis, Ecclesiæ Romanæ suis, sed & aliis precibus confici Sacramentum:

LUTHERO-CALVINISTÆ in hoc conueniunt, vt formam Romanam non integrè admittant.

Dissentiant autem, quod LUTHER ANI verba Institutionis necessaria quidam negent; quidam ex parte admittant:

CALVINISTÆ vero solum verbum concionale requirant.

PAPISTA. Hæreticorum errorum refutati vide in Lutheri-cal. p. 3. q. 58. Græci Schismatichi orant: Fiat hic pnis Corpus Christi. &c.

1. At non orando consecrauit dominus, sed gratias agens, nil petens, dixit, dicipste. &c. Verba gratiarum actionis non constant; Benedictionis vero constant. Hoc est. &c.

2. Quas adducunt autoritates Liturgiarum, item S. Dionysii, Damasci. Epiphya. &c. eæ orant, vt in nobis fiat, quod iam est per Verba consecrationis factum in speciebus: vt simus vitium cum Christo, & internos vnum Corpus Christo. &c. Hinc Misericordia S. Patres cant prece; quod ante & post Consecrationem pene meræ sint preces: Et quod Sacerdos in Missa personam agat Nunc suam, cum confitetur & orat. & Nunc Christi; cum Consecrat: Nunc legati, cū pro populo deprecatur: Nunc sui & Christi ab his verbis, Qui pridie quæperetur, adusque finem consecrationis. Hinc quædam leguntur recitatiuæ: quædam significatiuæ.

II. HÆRESIARCH. VVICLEFFVS, ait Tho. VVallto. 1. de Sacram. c. 7. & 28 primus in dubium vocavit rem miram; cum Sacerdos improbus Eucharistiam consecrare possit; cur idem non possit faci boonus? Definire tamen non audebat.

LUTHER VS definivit, posse id omnem baptizatum; non decere tamen, ob rerum confusio-

NEM. CALVINVS & asseclæ praefacte id negavit. Vide Lutheri-cal. p. 3. q. 59.

PAPISTA. Eucharistiam consecrare munus solum est Sacerdotale: Hos cite.

Quod si ad quoscunque baptizatos referendū foret promiscue; omnes quoque Consecrare & distribuere tenerentur.

Si non ad Consecrationem referretur, de hac nullum esset in Sacra Scriptura mandatum.

Atqui istud, *Hoc facite*, referri ad Benedictionem, Distributionem & Sumptionem, fatetur Lutherus *I. de inst. missar. Confessio Augustana c. de Missas Caluinus Inst. 4. c. 15. §. 20. Kemnit. p. 2. exam. pag. 534.*

## QVÆSTIO XVI.

*An in utralibet specie Christus insit totus, Sic, ut sub Vna Communicare fas sit?*

**H**ÆRESIARCH. PETRVS Dresdensis, & Iacobelius Milnensis an. 1412. teste Aenea Sylvio his. *Bem. 4. 35.* primit docuerunt Pragæ necessitatem Communionis sub utraque, ex illo Ioan. 6. *Nisi manducaverint Me.* Hus eos exceptit, suamque fecit hæresin. & Boemiam infecit.

LUTHERVS Est; Non est, inquit, in utraque; Christus totus. Lutheranis & Caluinianis Comitantia ridicula est, inuentumque diaboli. &c. Vide *Lutherocal. p. 3. q. 61.*

PAPISTA. Est totus in Utralibet Christus.

I. Quia n̄ esset, sub Utraque communi-  
care præcepisset: at non hoc: ergo. In-  
stituit sub utraque; sed Institutio rei nō  
est eiusdem incumbens omnibus præcep-  
tio. Alioquin omnes oporteret susci-  
pere Matrimonium, Ordinem, Extre-  
mam Unctionem. &c. Consilia Euange-  
lica tria, &c. Præcepta est tamen omni-  
bus Substantia Eucharistiæ: nō Modus  
specierum. Si n̄ præceptus esset; vsquā  
extaret; aut alicunde constaret: at neu-  
trū. Quia loca in quibus aduersarii pu-  
tant contineri præceptum, Nec euin-  
cunt, Nec eadem sunt omnibus, sed a-  
liis alia.

1. *Hussitis, Ioan. 6. Nisi manduc. At re-  
clamat Lutherani, agi ibi de Eucha-  
ristia.*

2. *Lutheranis, Luc. 21. Hoc facite. At re-  
pugnat Caluinistæ; volūt solis id Ecce-  
siæ ministris, non laicis dictum.*

3. *Caluinistis Mat. 26. Bibite ex hoc  
OMNES.*

At respondet Marcus. 14. *Et biberunt  
ex illo OMNES.*

II. A tempore Christi & Apostolo-  
rum per annos 1412. usque ad Hussum,  
liberum fuit vna, vel utraque commu-  
nicare.

Ergo semper creditum est, Utramq;  
non esse in præcepto.

III. CHRISTVS Vsum Vnius decla-  
ravit & verbis, Ioan. 6. Hic agi de Sacra  
mento, negant Lutherani, & quidam  
Caluinistæ: Affirmant Hussitæ & Gal-  
licani Caluinistæ; seu Hugonotæ: inque  
hoc nobissem & omni cum Antiquita-  
te consentiunt. Item & Facto decla-  
ravit, *Lu. 24. in Emmaus: teste i. S. Patrum*  
autoritate:

2. *Ipsa Textu,*

3. *Ipsaque Effectu illuminationis.  
Spiritale hos planeque diuinum erat:  
Sed Benedictio seu Consecratio, ut cau-  
ta diuina diuini fructus, ex re benedicta  
consecuti, præcesserat.*

Etiam *Mar. 4. Panes Benedixit, fregit,  
perdebat;* sequente quidem miraculo  
multiplicationis: Verum cum effectu so-  
lum corporali satiationis: At hic, & in  
Cœna cum miraculorum miraculo Trias-  
substantiationis res gesta est: *Hoc est u.  
Corpus meum. Hic est enim Sanguis meus.  
Dixit, & facta sunt. Proinde ludunt in re  
omnium grauissima Caluitistæ Tropi-*

